



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

18. An dubius suum-ne suffragium concluserit rem iniustum, teneatur ad restitutionem, licet alioquin peccaverit? Ex p. 4. t. 3. r. 63.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

# De Conscientia dubia. Resol. XVI. &c. 27

non est aliquis afficiendus pena certa; sic nos obligandus est ad certam solutionem & restitutionem, quantum non constat de debito.

2. Confirmatur ex alia doctrina communis Theologorum, qui dicunt, non posse aliquem occulcere sibi compescere ex bonis debitoris, nisi debitum ipsum certum sit: quia in dubio non est spoliandus debitor re sua quam possidet, ut cum communis docet Molina *tom. 3. disp. 69.* & Lefsius *lib. 2. c. 12. dub. 10. n. 58.* Non posset ergo filius incertus, an Petrus sit pater accipere ab ipso occulceretur patrem suorum alimentorum, cum non sit debitum certum, & exponeret se periculo spoliandi Petrum rebus, quas possidet, & non debet ergo neque ipse Petrus ex se debet patrem illam dare, alioquin posset filius eam sibi occulceretur, quando aliter non posset eam obtinere. Hucusque Cardinalis Lugo, cuius sententia maximè roboratur ex doctrina Lefsi *lib. 2. c. 10. dub. 6. n. 39* vbi sic ait: Adulter non tenetur ad villam damni compensationem, nisi ei moraliter certum sit esse suum prolem. Vbi adquerit, non videri certum, quandiu habet probabilem rationem dubitandi de contrario. Id enim moraliter certum confert, quod prudenter ita creditur, ut contrarium nullo modo videatur probabile: talia enim passim humanae more certa dicuntur. Nunc probatur, quia in dubio melior est conditio possidentis, nemo enim tenetur aliquid solvere, & re sua se spoliare, nisi ei constet se debere. Consentient fere in hoc Doctores. Quamvis enim quidam dicant, illum teneri, quando probabile credit esse suum problem: hoc tamen non est ita generati intelligendum, sed quando ita credit, ut non habeat probabilem rationem dubitandi de contrario: fieri enim potest, ut quis probabilitate credat esse suam prolem, & etiam probabilitatem habeat non esse: quo casu certum est non teneri. Ita Lefsius.

3. Sed his non obstantibus affirmatiuam sententiam praeceptor Doctores à me in *part. 4. tr. 3. resol. 31.* citatos, docet nouissime P. Dicastillo de iust. lib. 2. tr. 2. *disp. 7. dub. 11. num. 161.* vbi ita afferit. Quando autem dubium est inter duos concubinatos, & aqua conditio dubij, tunc certum est alter crutrum illorum esse patrem. Et cum dubium sit uter duorum pater sit illius, inquitum est ut à neutro accipiat alimenta, & præterea aquitas non patitur ut unus solvet, & alter sit immunitus, cum aqua sit utriusque ratio. Sic ille. Vide etiam Hurtad, de iust. & iure *disp. 11. diff. 20.* Non audet ramen sententiam Cardinalis de Lugo damnare; imo probabilem esse existimo.

4. Sed quid dicendum, quando dubium non est inter duos adulteros absente marito; sed inter maritum & adulterum, & tunc Molina de iust. 10. 4. tr. 3. *disp. 10. n. 3.* Rebelloius *lib. 3. q. 10. n. 11.* & Layman *lib. 4. tr. 3. part. 3. c. 14. n. 3.* putant resarcendum esse damnum pro dubij quantitate. Imo addit Layman, etiam in extremo foro, id iudicari debet, quod locum habet non tantum circa expensas in educatione, sed etiam circa damnam hereditatis, quæ alii hereditibus sequuntur, & eodem modo obligantur concubinarij circa educationem prolis natæ ex soluta, quando dubium est, cuius sit proles, (quid dicat Azor supra.) Probat Rebello, quia ut manifestum est, illa regula, in dubiis melior est conditio possidentis, solum est vera in possidente bona fide. At vero adulter, seu concubinarius, non reputatur possessor bona fidei; sed malæ tanquam ille qui rem occupat dubitans, sit ne sua vel aliena; est enim certus de peccato & maleficio, ex quo dubitatur, an fecitus fuerit fecus?

5. Hæc sententia est probabilis, sed mihi contraria sententia magis placet, nempe in tali casu adulterum ad nihil teneri, quia ipsem Rebelloius fatetur alibi, quod si dubius sis, an tua actio concurrerit ad damnum, non obligaris ad illud. Deinde quando dubium est inter maritum & adulterum prævalet favor matrimonii.

*Tom. VIII.*

nij. Cæteras rationes pro hac firmanda sententia videbis apud doctum Dicastillum vbi supr. num. 162. & sequent. vbi respondet ad omnia argumenta P. Layman, *lo. o. citato, numero 17. & 18.* cum aliis penes ipsos. Ex *Sup. hoc in his à fortiori inferitur cum Dicastillo n. 17. non solum ex doctrina adulterum non teneri ad restitutionem marito si probabilitate credat prolem non esse suam, sed etiam si simul credat probabilitate esse suam.*

## RESOL. XVI.

*An in dubio si fidei commissum expiret, possit ultimum vocatus de bonis disponere? Ex p. 4. tr. 3. Ref. 73.*

§. 1. **H**ic casus potest frequenter accidere, & evenit in quodam fiduciocommisso instituto à Galpore Diana, in quo præter multas alias rationes Antonius Diana senior tanquam ultimus vocatus de illo disponuit, licet dubium adest, aut in verbis fidei commissi deficientibus maliciis vocarentur femine. Et ita hanc sententiam quodam forum exterius, & interius docet Homobonus de bonis in *consultationib. moral. volum. 2. part. 7. respons. 2.* vbi sic ait: Quidam testamentum condidit in quo filium suum haeredem instituit, sed verba testamento apposuit quibus videtur eum fideicommissum grauasse, quo minus bona alienare posset, sed ad proximiorem agnatum transmittentur. At vero quia verba ambigua sunt, ita ut Iuris consulti existimaverint si ad forum exterrum res deferretur, non compellendum ad fideicommissum seruandum hac ille spe fretus bona immobilia vendit; nunc vero scrupulo virginum, quia ob quasdam coniecturas putat patrem voluisse bonorum alienationem prohibere & verborum obcuritatem Notarii culpa irrepsisse; quæstum est quid juris in foro conscientie: & respondet Homobonus quod si filius certus non sit, sed de patris testantis mente dubitet, & re diligenter examinata certam cognitionem haurire nequeat, ita in foro externo, quam in interno, liber pronuntiari debet, quia cum sit illorum bonorum possessor, in dubio melior est conditio possidentis. Ita ille.

## RESOL. XVII.

*An in dubio beneficium censendum sit simplex, an curatum? Ex p. 4. tr. 3. Ref. 74.*

§. 1. **R**espondeo, quod quoties de beneficio dubium est, an sit curatum vel simplex, simplex est reputandum, quia tot sunt qualitates ad beneficium curatum requiritæ, ut meritò præsumi non debeat, nisi probentur. Et ita docet Gutierrez *alleg. 8. n. 5.* Hoje da de incompatibili beneficio *part. 1. q. 13. n. 2.* Gonzalez in *reg. 8. Cancill. glof. 6. n. 9. 1. & alij.*

## RESOL. XVIII.

*An dubium suum è suffragio conclusum rem iniustum, teneatur ad restitutionem, licet alioquin peccauerit? Ex p. 4. tr. 3. Ref. 63.*

§. 1. **V**T, v.g. si per secreta suffragia agatur, vbi dubium habes an tuum suffragium sit ex posterioribus post damnum suffragiis sufficientibus conclusum, an vero ex efficacibus, an inquam, teneatis ad restitutionem? Affirmatio responderet Petrus Nauarra *lib. 3. cap. 4. num. 35.* Sed mihi negativa sententia magis placet, quam tuetur Jacobus Gordonius in *Theolog. moral. tom. 1. libro 5. question. 6. capit. 2. §. 4. numer. 13.* qui

qui citat Rebellium, docentes in hoc dubio ( quia est  
trinque aequaliter) meliorem esse conditionem possi-  
denter, eximique proinde ab onere restitutionis, licet  
alioquin peccauerit.

## RESOL. XIX.

*An sit peccatum mortale agere contra conscientiam non  
actu errantem, sed habitu.* v.g. errasti vincibiliter pu-  
tans in hac hebdomada nullum esse diem festum, vel ie-  
uniij, cum tamen sit adueniente die Feso vel ieuniij,  
Missam vel ieunium omittis, qui tibi dubium occur-  
rat esse diem festum, vel ieunijs peccas ne omittens  
Missam, vel ieunium, & sic de similibus? Ex p.9. tr.8.  
& Misc.3. ex Ref.48. §. Sed hic tantum.

**S. 1.** *A*n sit peccatum mortale agere contra con-  
scientiam non actu errantem, sed habitu. v.  
g. errasti existimat esse peccatum ius Canonicum, vel  
physicam audirex huiusmodi errore physicam audis,  
immemor conscientiae errantis, & dictantis esse pecca-  
tum. Item errasti, vincibiliter putans in hac hebdomada  
nullum esse diem festum, vel ieuniij, cum tamen sit;  
adueniente die festo, vel ieuniij, Missam, vel ieunium  
omittis, qui tibi dubium occurrat esse diem festum  
vel ieuniij, peccas ne omittens Missam, vel ieunium? Et  
quidem affirmatiu respondet Medina in p.2. quast. 19.  
art. & Villalobos in summa. to. 1. tr. 1. diff. ul. 1. n. 2. vbi  
sic ait: [Para que se diga, que vno haze contra concien-  
cia, no es necesario que el dictamen le tenga actual-  
mente, mas basta que aya passado, y que de virtualmen-  
te: como si vno huvielle tenido error, de que nos es li-  
cito oir Theologia, y la oyese en reueo a le; haria contra  
conciencia.] Sic ille.

2. Sed ego contraria sententiae adhaereo, nempe te in  
physica audienda, vel in omissione Sacra, aut ieuniij non  
peccatur actu, nisi actu sit conscientia dictans esse pecca-  
tum, vel actu dubius de eius obligatione. Probatur: Opera illa ex externa nequam possunt oriiri a voluntate, & iudicio praterito, cum neque illa voluntas, neque  
iudicium prateritum adhuc, neque aliquis effectus ab il-  
lis praeditus, qui opera externa cauerit. Ergo non pos-  
sunt in illis operibus malitiam aliquam derivare. Con-  
firmo: ideo, cum venenous tribus alieni, quo vita illum-  
prias, ceteris homicidium committere, etiam si doleas,  
antequam venenous est vita dicendar, quia illo voluntas  
antiquae occidendi in aliquo effectu manet. Ac in pre-  
senti illa intentio precedens non audiendi Missam, &  
iudicium errans de obligatione, non manent in se, ne-  
que in aliquo effectu. Ergo. Secundo: si actus censetur  
manere moraliter, & denominari opera subsequentia,  
cum non retractatur, ergo infidelis, scemel existimans  
ad operis bonitatem opus esse, vt id ad idolum referatur,  
peccabit in omnibus operibus, & obiectione bonis,  
qua illius iudicium immemor efficit, quod videatur abfur-  
dissimum. Et ita haec sententiam contra Medianam re-  
cte tenet Sanchez in Summa. to. 1. lib. 11. c. 11. n. 7. Azorius  
to. 1. lib. 2. c. 8. ques. 12. Vasquez in p.2. diff. 60. c. 3. qui-  
bus adde Ioannem Prepositum in p.2. D.Th. q. 19. a. 6.  
dub. 2. & Rocafull. in prax. Theo. mor. p.3. lib. 3. c. 3. n. 63.

## RESOL. XX.

*An peccat sequens conscientiam errantem, si dictat  
etiamque partem malam?*  
Et in exemplum huius questionis adducuntur diversi ca-  
sus in textu huius Resolutionis, & tandem queritur, an  
supradicta procedant circa cum, qui sine culpa sua in  
eum statim venit, ut utraque pars contradictionis vi-  
deatur sibi peccatum: an vero verificantur tantum de-  
eo, qui ob suam culpam in ea angustias redactus est?

*Et infertur à fortiori hominem in carcere detinutum, &  
existimantem peccare non audiendo Missam, neque  
quam peccare, quia illa omisso Sacra non est libertas  
modo. Ex p.9. tr.8. & Misc.3. Ref.47.*

**S. 1.** *C*ausa erit. Putat rusticus Pastor peccare lethali-  
ter die facto, si Missam non audiatur, quia pre-  
ceptum est Missam audire, putat etiam peccare lethali-  
ter, si gregem deserat causa audiendi Missam, quia de-  
vorabit eum lupus, aut fur rapiet. Similiter mulier affec-  
tus infirmo, putat peccare lethaliiter, si infirmum de-  
serat causa audiendi Missam. Inquiritur, an rusticus ille  
& hac femina ignara, lethaliiter peccent dum ad alterum  
ex his extremis se determinant, quam determina-  
tionem fieri necesse est, cum inter utrumque non deus  
medium. Et quidem Pater Granadus in part. 2. D.Th.  
Contr. 2. tr. 12. diff. 7. sed. 2. putat quamlibet ex his de-  
terminationibus, seu quamlibet determinationem inter haec  
extrema, fore peccaminosam: quia tamen dum utrum  
fuit illi posse hominem inter duo peccata perplexum  
constituui, ita vt non possit utrumque effugere, sed alterum  
eorum necessario sit efficiendum: utris illi utrum  
utrum casum negare, cumque difficile sit defendere, non  
posse contingere ex natura rei sub iudicio melius de-  
tentum se dictum ait, pertinet ad prouidentiam  
Dei hominem illuminare, vt possit hanc perplexitatem  
effugere, reddendo vincibilem illius ignorantiam.

2. Probat suam sententiam Granadus. Quando rusticus se determinat ad Missam non audiendum, illa de-  
terminatione, seu electio poterat non esse, seu non fieri ab  
ille: ergo est libera respectu illius, ergo liber est deter-  
minat ad id, quod peccatum esse iudicat: ergo liber  
peccat. Deinde ait Granadus, similis libertas inter ope-  
ra ex se bona sufficit ad meritum ergo sufficit ad de-  
meritum. A contradictorio antecedenti contradic-  
torio infero consequens. Si enim quis est prouiden-  
tiam ad dandum mihi centum auros, vel eum  
eiusdem valoris, nullo modo de me benemerit  
cesseretur, si equum mihi daret.

3. His suppositis, idem Granadus sic ait, num. 14. Di-  
cerem sub iudicio melius sententiam, pertinet ad de-  
uinam prouidentiam non permittere hunc perplexi-  
tatis modum, atque adeo casum esse ex prouidentia im-  
possibilem; licet attenta ruficitate aliquorum homi-  
num, & seclusa speciali Dei gubernatione fortasse con-  
tingere posset. Inducor ad ita sentendum, cum proper  
auctoritatem Doctorum quos retulimus, cum etiam  
quia quando infertur incommoda non lenis moni-  
ta ex aliqua hypothesi, dicere sedem sollem in Philoso-  
phia, & Theologia, illam esse impossibilem aciem  
profecto videntur inferi: nam ex una parte videatur illi  
homo habere libertatem sufficiens ad peccatum, al-  
tera vero esset riguissima prouidentia damnare ho-  
minem propter peccatum, quod sine sua culpa vitare  
non potest, nisi aliud aequum graue committat, licet enim  
ibi sit libertas in reddendo equo, vel nominis deter-  
minate, & ille modis libertatis sufficiat etiam ad meri-  
tum; ceterum inter homines, qui haec minus excede-  
perpendunt, non solet reputari magni momenti quod  
vnum vel alterum aequaliter fiat, quando utrumque vitari  
non potest. Facilius ergo dicitur, Deum in predicto ca-  
su illuminatur hominem, vt prudenter iudicet ibi  
licere sine peccato facere quod maluerit ex illis dos-  
ibus, & ita deponat conscientiam errantem, vt finolle  
deponere, fiat iam error vincibili. Committit autem  
Argentinas, Vasquez, Medina, Corduba, & Angelus  
posse dari perplexitatem, quando error vincibilis est,  
quia tunc potest, & tenetur deponere conscientiam, &  
id Deus illi praecepit: ex hypothesi autem quod ip-  
pro sua culpa nolit deponere, mirum non est, si pecc-  
at audiendo Sacrum, vel non audiendo. Sicut ex hypothe-  
si, quod quis velit inanem gloriam in omnibus oper-